

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Promptvarii exequialis pars ...

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive
scripturae dicta varia ...

Bidembach, Felix

Francofurti, 1625

Thema XC.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](#)

THEMA XC. VET. TEST.

291.

vitam, & speramus meliorem. Alioquin non cupemus mori & exire ex hac vita.

Vvss. Speranda ita semper meliora, non in hac vita, vbi semper posteriora deteriora, Matth. 24. v. 22.

V. *Vfus Crucis.*

Vt manifestum fiat aliam restare vitam, & vt gloria maiori ornari possint afflictii. Huc pertinent illa Matt. 5. v. 4. & 11. & 2. Cor. 4. v. 17.

Vvss. Ergo Deo commendemus animas, 1. Pet. 4. v. 19. & sciamus non esse pares afflictiones, Rom. 8. v. 18.

F I N I S.

THEMA XC.

Esa. 26. v. 19.

Mortui autem tui viuent & resurgent, &c. Euigilate & laudate, qui in puluere terra, &c.

D I S P O I T T O.

In hoc capite Elaias vers. 14. dixerat, Morientes non viuent, & mortui non resurgent. Hoc vero loco contrariū, post quatuor versus, ponit, Mortui viuent, & cum corporibus resurgent. Numquid enim hēc dīc Διάθησις, inter se discrepant, & ex diametro. atque omnino contraria nō sunt? At si rectius mentem Elaiā considerauerimus, vtrūque verum & nihil hic contrarietatis esse deprehendemus. Loquitur enim de resurrectione ad vitam beatam & gloriosam. Ad hanc resurgent ii, de quibus in verbis praelectis sermo est. Ad eandem autem non resurgent ii, de quibus supra in hoc Capite mentio fit vers. 14. Cum itaque resurgentium non vna & eadem futura sit conditio, inuestigadum nobis primum erit hoc loco, Quinam ad vitam sicut resurrecturi, qui non: quod nobis praesenti loco insinuare voluit Elaias. Deinde etiam vocem illam excitantem mortuos considerabimus.

T 2

I. PART.

I. Pars.

1. Mortui tui viuent. Vbi notandum, quod magna emphasis later, in vocula [T v i] mortui. Etenim cum supra dixisset, Mortui non viuent, indefinite illud posuit. De quibus autem mortuis ibi loquatur, versus sequens declarat. De his sc. quos contriuit Deus, & quorum memoriam delectit. De impiis autem Esaias ipse cap. 4.v 20 In æternum non erit recordatio seminis impiorum. Et Pro. 14.v.11. Domus impii delebitur, &c.

Itaque hoc vult, resurrectos cos vere, & in vitam reuocandos, qui sunt mortui Domini: hoc est p*ii*. De his enim Apoc. 14.v.13. dicitur, quod in Domino moriantur.

Deinde latet etiam aliquid in verbo *Viuent Hoc est, ad vitam alteram & æternam resurgent*. Tum enim vere & perpetuo sunt vi*c*turi.

2. Additur, *Cum corporibus resurgent*. Hoc etiam habet singulare aliquid. Vult enim consolari Ecclesiam sub persona Christi Esaias, quod mortuorum corpora hic misere afflita, non sint peritura vel in igni, vel aere, vel terra, vel aqua, sed quod eadem sua corpora reuiuiscentes sint recepturi at gloriola & clarificata.

Quod Hiobus etiam vrget, singularis consolationis argumentum, Hiob. 19.v.29.

D I S C I P U L U S. I. Omnes quidem resurrectos in nouissimo die, tam impios quam pios. Credimus enim resurrectionem mortuorum. At impii etiam moriuntur. Et illi quoque viuiscabuntur, ut sistant ad tribunal iudicis: Coram quo omnes gentes congregabuntur, Matt. 25.vers.31. Omnes manifestari oportet, 1. Cor. 5.v.10. Ecce omnibus constitutum mori, sic omnibus iudicium, Hebr. 9.vers.27.

2. Magna autem erit inter resurgentes differentia. Etenim qui in Domino moriuntur, & qui in manus Dei commendant animas suas, illi etiam in Domino resurgent, ad vitam æternam.

At impii resurgent non ad vitam resurgent, sed ad æter-

THE
xix moni
remonian
quanta. Mi
dum. Elia. 6.
Apocal. 21.
mores. & sup
Redeption
ad vitam beat
Hoc dicime
14.v.11. Ioh. 3.
3. Hoc in
ni. Hieronim
ueret finit
Dominus mo
mizans. 2.
Dominus in
per venient
mamphla
59 & ier
4. Tal
consolati
Gloria fin

Audire
tis lib rect
Causa non
persona Ch
dico con
Qui a fore
cabit morte
Simillim
sese, canis
locres, &c.
Homo fi
Habebit hoc

eternam mortem. Ideoque Esaias non vult dicere, quod reuicturi sint. Quia illorum resurrectio potius mors est, quam vita. Mittentur enim in locum, ubi vermis non moritur, Isa. 66. v. ultim. & ubi secunda morte moriendum, Apocal. 21. v. 8. nec tamen emori poterunt, Vocabunt mortem & fugient ab eis, Apoc. 9. v. 6.

Recte igitur dicuntur mortui, nunquam reuicturi, sc. ad vitam beatam. & nunquam resurrecisci, cum gaudio. Hoc disserimus resurgentium disertis verbis notatur Dan. 12. v. 2 Joh. 5. v. 29. Matth. 25. v. 32.

3 Hoc itaque agendum ut simus inter mortuos Domini. Tui enim mortui resurgent, ait Dominus autem qui viventes sunt, etiam morientes erunt. Rom. 14. v. 8. Et in Domino moriamur. Apoc. 14. v. 13. Cum Christo obdormiamus, 2. Thessal. 4. vers. 14. Hoc est, viventes seruiamus Domino in vera fide: & cum illo in gratiam redeamus, per preuentiam, antequam moriamur: ut morituri animam ipsi commendare audeamus, Psal. 31. v. 6. Act. 7. v. 59. & is quoque suscipiat.

4. Tales magnam habent cum pio Hiob Job. 19. v. 26. consolationem, quod corpora ipsorum misera resurrec-tura sint clarificata, 1. Cor. 15. v. 33. Philip. 3. v. 21.

II. Pars.

Auditur etiam hic vox: Euigilate & laudate, qui iaceatis sub terra, &c. Cuius haec est vox? Certe non Esaias: Cuius non est reuocare mortuos in vitam. At si hic sub persona Christi agit cum Ecclesia, & illustrandæ resurrectionis causa, introducit ipsum filium Dei loquentem. Quia vox eius sic audietur, iuxta id Ioh. 5. v. 28. Is sic euocabit mortuos, & audient vocem illius.

Similitudine illustrat resuscitationem mortuorum, de rore, cuius humiditate herbae & flores solis æstu flaccidentes, &c. recreantur & quasi reuiviscunt.

Homo flos agri, herba virens, gramen &c. Infra. At æxu solis (hoc est mortis) aduritur, marcescit, &c. Veniente

T 3 itaq;

itaque gratissimo & iucundissimo rore marutino & secundo, hoc est, voce Christi sonante, omnes illæ herbae (quæ emarcuerunt) sic vivificabuntur & recreabuntur, ut iterum efflorescere & vitescere incipient: hoc est, in vitam reuocabuntur omnes.

Contra vero inquit, Terram mortuorum in ruinam detrahens. Mors abolebitur & ultra non erit, 1. Cor. 15. v. 54. Et cogetur reddere tum eos, quos haec tenus in vinculis habuit, Apoc. 20. v. 13.

Locvs I. Sicut meditatio illa flosculorum & herbarum marcescentium (de quibus Psalm. 90. vers. 5. & 102. v. 12. & 103. v. 15. Esa. 40. v. 6. 1. Pet. 1. v. 24.) virtutem instabilitatem & mortem etiam robustissimorum denotat: ita ros marutinus resurrectionem, &c. Et sicut illa meditatio tristitiam parit: ita hæc gaudium in animis nostris parere debet.

II. Sic etiam tristissimo illo mortis nuncio, opponenda illa vox læta Christi euocantis mortuos: Joh. 5. v. 28. & 1. Thessal. 4. vers. 16. Sic mortem non exhorrescamus tantopere.

III. Ut autem vocem illam læti audire possimus, audiamus quoque vocem ipsius in hac vita, sonantem in verbo.

De qua ipse etiam Joh. 5. vers. 25. vbi de spirituali resurrectione loquitur. De hac ibid. vers. 24. Et Hebr. 3. v. 7. ex Psal. 95. v. 8.

F I N I S.

T H E M A X C I .

Esa. 26, in fine.

Intra populus meus cubiculata, &c. Abscondere, &c.

Dispositionem huius Thematis, vide supra, parte I. Promptuarii, Clasie V I. Num. X pag. 283.

THE.